Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89481-p0001-1

IV, 101 .

2,15.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89481-p0002-6

23. 20

# SOLEMNIA NUPTIARUM
VIRI
SUMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI, ET EXCELLENTISSIMI,

# DN. D. ABRAHAM CALOVII,

Theologi de Eccleſia Chriſti γνησίως Orthodoxâ optimè meriti, Profeſſoris in Illuſtri VVitteberga Primarii, Paſtoris ibidem Vigilantiſſimi & Superintendentis Generalis totius Electoralis Circuli meritiſſimi, Conſiſtorii Eccleſiaſtici Aſſeſſoris Graviſſimi, & Facultat. Theolog. hodiè Decani Spectatiſſimi,

ET NOBILISSIMÆ
VIRGINUM,

# CATHARINÆ ELISABETHÆ,

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXPERIENTISSIMI,

# DN. JOHANNIS NESTORIS,

Medic. Doct. & Sereniſſim. Electorum Saxoniæ Archiatri meritiſſimi,
Νῦν ἐν ἁγίοις,
RELICTÆ FILIÆ,
A. 1666, Die XIII. Novembris celebrata,
Calidiſſimis Votis atqve precibus Deo, Nuptiarum Autori Summo, ſiſtebat

## Miniſterium Lipſienſe.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS BORCKARDI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89481-p0004-7

THEOLOGO
HODIE INTER VERE ORTHODOXOS SUMMO.

SIc TIBI nunc iterum ſplendet poſt NUBILA PHŒBUS,
PHŒBUS, qui mœſtus, TE lacrymante fuit.
Splendeat, ut felix cum SANGUINE NESTORIS annos
Ceu NESTOR poſſis vivere NESTOREOS!

*Lipſiæ ex animo ſcribebat*

D. SAMUEL Lange/
P.P. & Superint.

*Maximè Devenerando Parenti ſuo in Domino Jeſu:*

M*ultorum* GENITOR CREDENTUM *huc usque fuiſti.*

*Divinus quondam ceu Patriarcha fuit.*

GENTIUM *age &* GENITOR Multorum *exiſte,*

CALOVI

*Nomine ſic, Factis ſic* ABRAHAMUS *eris.*

*Sic ad Imitationem Filialem nuperrimi Onomaſtici Luſus in Feſtivitate Doctorali, gratus, ex medullis gratulor*

Elias Sigismundus Reinhart,
SS. Theol. D.

---

NEſtor NESTERIÆ ſociat ſe Noſter amatæ,

Quid precer? ambo annos vivite Neſtoreos!

ὁλοκαρδίως συγχαίρων ſcrib.

L. DANIEL Müller/
ad S. Nicol. Archid.

Præ-

*PRæteritô dolui juſtis mœroribus annô*
Magne Calove *tui fata ſiniſtra tori.*
*Nam prior è vivis uxor migraverat. Uxor*
*Succedit thalamum, dextra futura, tuum.*
*Illa dedit luctum moriens: Hæc gaudia reddat*
*Mille Caloviadæ prole beando torum.*
*Ut tibi ſit* Sponſo Sponſæq; *precemur Amici,*
*Lux nova, Nox felix, Lexq; vetuſta jubet.*

*Hiſce*
*Magnifico Domino Sponſo, Fautori ſuo maximè honorandô,*
*fauſtum adprecabatur Conjugium*

L. JOHANNES ULRICUS Mäyer /
ad D. Thomæ Archi-Diac.

---

DOcta Tibi nomen meruerunt ſcripta, CALOVI,
Æternum, ſacri firma columna Chori.
Quivis Te novit, Te ſecula cuncta vocabunt,
Nec poterit famam perdere tempus edax.
Aſt quoniam quoque dat natorum copia nomen,
Et Te curarum pondera multa premunt,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89481-p0007-4

Propterea merito Tibi jungis dulce levamen,
Et luctu poſitô conjugium repetis.
Interea vegetus longævam tranſige vitam,
Lecta & cum Sponſa proſpera quæq; cape.
Et procrea Sobolem, tua quæ veſtigia luſtrat,
Quæque eſt in totum digna Parente ſuo.

*Obſervantiæ & debitæ Congratulationis ergò*
*ſcribebat Lipſiæ*

L. Gottfried Chriſtian Boſe/
Lipſ. ad D. Nic. Eccleſiaſtes.

---

*SIdere felici rurſus TIBI ducitur Uxor,*
*Per-Magne Antiſtes, Neſtore Patre ſata.*
*Accipit inde omen ſanctus grex & ſibi ſpondet*
*Uſibus in longum Te ſupereſſe ſuis;*
*Annis de noſtris clamans, DEUS augeat annos,*
*NESTORIDIQUE ſupra NESTORA junctus agas!*

*ſcrib.*
M. HEINRICUS Meyer/
Lipſienſis.

Ecce

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89481-p0008-0

ECcè tuo thalamo, CALOVI, florida Virgo
Se jugat & Sponſam SUMMUS amore fovet.
Adridet cœlum, cuncti dicunt bona verba,
Et VIVANT! clamat cœlica tota cohors.
Adjicio: tædis ſiet omen amabile. Triſtis
Cedat Eris; ſit Eros veſter ubiqve comes!

*Summo Theologo*
*Obſervantiæ ergò Lub. lætusque poſ.*

THOMAS STEGER,
Eccl: Lipſ. ad D. Thom. Min.

Ne-

NEſteri dum ſtemmate, SPONSE, petita virago,
Nunc datur in thalamum, Numine dante, tuum,
Ipſa placet, placeat thalamo, placuiſſe placebit.
Nocte dieq; TIBI dotibus aucta bonis.
Sic ſplendet felix poſt triſtia nubila Phœbus,
Et poſt tot threnos jubila fauſta fluunt,
Jubila quæ verè nuptorum pectora jungunt,
Aſpera quæ nunquam frangere fata queant.
Det DEUS eveniant optans quæ ſentio corde,
Et mera proſperitas TEq́; TUAMq́; beet.

*Obſervantiæ ac gratulationis debitæ ergo fundeb.*

M. SIMON Löffler/
S S. Th. Baccal. & D. Thomæ.
V. D. M.

Zd 198

ULB Halle 3
002 040 255

Sb

VD17

n.c.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89481-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-89481-p0012-2

23.

20

SOLEM…

SUMME REV… …M-
PLISS…

# DN. D. … AM

C…

Theologi de Eccleſia Chriſt… …rofeſſoris in
Illuſtri VVitteberga Prima… …Superinten-
dentis Generalis totius… …ſtorii Ec-
cleſiaſtici Aſſeſſo… …iè

ET …

# CATHARI… …HÆ,

VIRI NOBIL… …E-

DN. JOHA… …ORIS,

Medic. Do…

R E…

A. 1666, Die XI…
Calidiſſimis V… …um

Miniſ…

Typis J…